



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs  
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

An co[m]municantes sint de necessitate Missæ tit. 113

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

ato, in Anglia sedent in scamno, & secundum ordinem alteri porrigit & propinat sacramētum, & omnes confusi sunt dissensione mutua, sicut ædificatores turris Babylonicae, Gen 11, quorum nullus alterum audit, sed sic dissipat Deus ossa eorum, qui hominibus placent.

*AN COMMUNICANTES  
sunt de necessitate Missæ.*

## TITVLVS CXIII.

**P**RIMÒ, in omni Missa sacerdos celebrās, communicat ipse met de corpore & sanguine Domini nostri Iesu Christi, & hoc propter præceptū & ordinationē Christi, Accipite & comedite, Matth. 26. sed numerus cōmunicantium nullibi est scriptus, an duo vel tres &c. debeant esse. Ergo quandò vnum communi cat, id est, sacerdos, satis fit præcepto Christi, quandò & fœtæ vnum communicat, id est, ægrotum: Reali ergo communioni vel vnum sufficit.

Secundò, in omni Missa circunstantes (sicut etiam absentes) spiritualiter per fidem communicatur cum sacerdote, quādō credunt, dum vident corpus & sanguinem Christi pro peccatis suis traditum. Roma 4. & gratias agunt: illi spiritualiter etiam manducant & communicant.

Etsi non sunt præsentes, attamen quia aut ordinārunt aut fundārunt legi Missas, ad laudem & gratiarum actionem Deo, & ad orandum pro ipsis & omnibus fidelibus, &c. & quotquot sunt qui cupiunt participationē Missæ, illi manducant & bibunt spiritualiter in fide in Missa cum sacerdote. & sic nulla Missa sit sine pluribus communicātibus. Sic inquit David Psal. 118. Particeps sum ego omnium timentium te. 1. Cor. 10. Vnus panis & vnum corpus omnes sumus,

Tt 5 qui

qui de vno pane & calice participamus. Ergo totus  
mundus communicat cum sacerdote, vel corporali-  
ter, vel spiritualiter in omni Missa. Ergo nulla Missa  
sit sine communicantibus.

Secundò, quia hæc tria, consecratio, sacramentum,  
memoria, possunt fieri à solo sacerdote, & hoc  
sunt substantialia Missæ: ideo Missa non est negligi-  
da propter defectum communicatum: quare solum  
commentum est ex odio hæreticorum, &cæt. Si enim  
Missæ propter communicantium defectum relinque-  
rentur, tunc multæ precatio[n]es, laudes, gratiarum  
actiones negligerentur: neque enim comedio sacra-  
menti est potissima & sola causa Missæ, sed etiam me-  
moria, quæ fieri potest sine comedione, spiritualiter  
tamen etiam cum memoria fit usus & comedio sa-  
cramenti, ut dictum est. Sic etiam Missa sacrificium  
laudis dicitur, ut inquit Lyta in Psalm. 49. quia cum  
laudibus D. E. I., orationibus & gratiarum actionibus  
fit & peragitur.

Tertiò, Fundatores Missarum & beneficiorum,  
non solum propter communicationem fundarunt  
ea in Ecclesijs, sed potius, ut quotidiè Deus laudaret-  
ur, gratiae agerentur pro passione Christi, & reden-  
tione nostra per Dominum nostrum Iesum Chri-  
stum, qui mortuus est pro peccatis nostris, Romanor-  
um quarto. Subinde ut orarent beneficiati omni die  
pro se & vniuerso statu mundi & omnibus homini-  
bus, ut in illis sit efficax mors Christi, & nedum vi-  
uis, sed etiam defunctis, Nam idem Dominus omnium  
illorum est, & communis propitiator constitutus in  
sanguine suo, Romanor. tertio. Pro illis igitur & no-  
bis oramus in Missa. Sed odit satan huiusmodi  
precatio[n]es, ideo libenter ex toto velit abolitam Mil-  
sam. Sed non est dubium, quin Deus multa bona la-  
giatur propter deuotas Missas &c.

V/15